Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift



160

de actionis imagine fallant. Nepestifera tabes putredinis sub
boni specie latitat coloris. Scimus enim quia corruptionis
adhuc pondere gravati diiudicare bona sepulti nesciunt.
Et cum ante oculos extremi examinis regula deducunt. hec
ipsa ñ numq. et que appetunt metuunt. et tota quidem mente
intima desiderant. s; tam de incertitudine operum trepidi. q
gradiuntur ignorant. Unde bene postq. dictum est. quare data
est misero lux. adiungitur. uiro cui abscondita est via. ac si
dicat. Huic uite successus accepit. qui subqua sit estimatio-
ne iudicis iter sui opis nescit. Bene autem subdit. et circum
dedit eum ds tenebris. Tenebris namq; homo circudat.
quia quamuis celesti desiderio ferueat. qd de semetipso sit
dispositum intrinsecus ignorat. et ualde metuit. ne sibi i
iudicio obuiet. qd de se nunc et in desiderio boni feruoris
latet. Tenebris homo circumdat. quia ignorantie sue
caligine premit. An tenebris circumdatus ñ e. qui pleruq;
preterita non meminit. futura ñ inuenit. presentia uix ag
noscit. Tenebris se circudatum quidam sapiens uiderat cum
dicebat. Que in prospectu sunt inuenimus cum labore. et
que in celis sunt quis inuestigabit. His se tenebris circu
datum prpha uidit. cum dispositionis intime penetrare in
terna non potuit dicens. Posuit tenebras latibulum suum.